

Duris

Duridis Samii Quae Supersunt

Москва
Книга по Требованию

УДК 199
ББК 201

Duris

Duridis Samii Quae Supersunt / Duris – М.: Книга по Требованию, 2011. – 229 с.

ISBN 1144095859

ISBN 1144095859


© Издание на русском языке, оформление, «YOYO Media», 2011
© Издание на русском языке, оцифровка, «Книга по Требованию», 2011

Эта книга является репринтом оригинала, который мы создали специально для Вас, используя запатентованные технологии производства репринтных книг и печати по требованию.

Сначала мы отсканировали каждую страницу оригинала этой редкой книги на профессиональном оборудовании. Затем с помощью специально разработанных программ мы произвели очистку изображения от пятен, клякс, перегибов и попытались отбелить и выровнять каждую страницу книги. К сожалению, некоторые страницы нельзя вернуть в изначальное состояние, и если их было трудно читать в оригинале, то даже при цифровой реставрации их невозможно улучшить.

Разумеется, автоматизированная программная обработка репринтных книг – не самое лучшее решение для восстановления текста в его первоизданном виде, однако, наша цель – вернуть читателю точную копию книги, которой может быть несколько веков.

Поэтому мы предупреждаем о возможных погрешностях восстановленного репринтного издания. В издании могут отсутствовать одна или несколько страниц текста, могут встретиться невыводимые пятна и кляксы, надписи на полях или подчеркивания в тексте, нечитаемые фрагменты текста или загибы страниц. Покупать или не покупать подобные издания – решать Вам, мы же делаем все возможное, чтобы редкие и ценные книги, еще недавно утраченные и несправедливо забытые, вновь стали доступными для всех читателей.



Mr. A. N. ...
...

DURIDIS SAMII

QUAE SUPERSUNT.

EDIDIT

J. G. HULLEMAN,

PHIL. THEOR. MAG., LITT. HUM. DOCT.

Typis L. E. BOSCH ET FILII.



DURIDIS SAMII

QUAE SUPERSUNT.

Not
350
NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

(Duris)

BVE

ROY WIM
DIER
VSAERL

DURIDIS SAMII
Divis (Samius)
QUAE SUPERSUNT.

annus
Generalis EDIDIT
J. G. HULLEMAN,
PHIL. THEOR. MAG., LITT. HUM. DOCT.

Ita enim se res habet, ut, quo plures per illam
medii aevi barbariem perierunt boni libri, eo ma-
jore cum cura ex hoc tanquam naufragio tabulas
colligere debeamus.

WYTTENBACHIIUS.

TRAJECTI AD RHENUM.

TYPE MANDAVERT L. N. BOSCH ET FILIUS.

1841.

L.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
95760
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
1898.

NOV 21 1964

P R A E F A T I O.



Ex quo in Athenaeo Mosa-Trajectino instituendae juventutis munus mandatum mihi fuit, ei potissimum litterarum generi subsecivas, quas vocant, horas impendere soleo, quod Historicorum veterum scriptis continetur et fragmentis. Attis alia placent. Mihi hoc argumentum nominibus tam multis se commendare videtur, ut studiorum meorum cursum eo maxime dirigere non dubitaverim. Quod quum agerem, multos quidem didici existitisse recentiore aetate, qui eandem viam ingressi operam in his studiis praeslaram posuerint, edendisque deperditorum scriptorum reliquiis optime sint de antiquitatis doctrina ipsaque historia meriti; sed superesse tamen ex ingenti veterum Historicorum numero haud paucos vidi, de quorum scriptis et fragmentis nondum ea qua oportet cura Viri docti exposuerint. Ad hos DURIDEM refero SAMIUM, hominem, ut Cicero vocat, in historia diligentem, ex cujus commentariis tum Diodorum, Athenaeum aliosque, tum vero Plutarchum etiam passim profecisse constat. Egit de DURIDE data opera Vossius in opere de Historicis Graecis praestantissimo, nuper a Westermanno, Viro Celeb., aucto egregio et emendato, fragmentorum etiam indicibus haud parum locupletato; sed neuter hoc sibi habuit pro-

positum, ut de DURIDIS vita scriptisque, collectis simul fragmentis, dispositis atque illustratis, quam plenissime absol-
veret. Clintonus in potiore fragmentorum parte congeren-
da sibi placuisse videtur, in scriptis ipsis adumbrandis
parcissimus fuit. Omnino tum hic tum ceteri, quotquot
deinceps de DURIDE egerunt, quippe aliis rebus, majoribus
plerumque, intenti, ita de eo persecuti sunt, ut summa-
tim magis quam consummate disputare studuerint. Equi-
dem igitur et mihi bonae frugis plenum et viris eruditis
non ingratum fortasse opus fore putavi, si illud ipsum
mihi non παράσπυρον, sed ἔργον sumerem, et singulari adeo
commentatione Duridis non tantum vitam illustrarem et
scripta, sed fragmenta etiam complecterer proque mearum
virium modulo explicarem. In qua quidem altera dispu-
tationis parte quomodo versatus sim, paucis ostendere ju-
vat.

Est hic antiquorum non omnium quidem omnino, sed
plurimorum tamen communis fere mos, ut, quoties vetu-
stioris alicujus scriptoris testimonia et traditiones profe-
runt, tacito operis unde hauserunt titulo, auctoris nomen
nude indicasse satis habeant. Quae scriptorum incuria
ut universe multum parit incommodi in digerendis deper-
ditorum operum reliquiis, ita gravius affert damnum, quo
plura opera ab eodem auctore profecta esse constat; ut
adeo in magna fragmentorum farragine discernenda acu-
tissimum etiam ingenium facillime deficiat. Quae diffi-
cultas quum in DURIDE in primis magna se offerret,
equidem hanc ineundam esse viam putavi, ut tam ex
argumento quam ex ratione chronologica, ubi id fieri
posset, singulis fragmentis aliquam sedem assignarem,
reliqua paucissima, quorum argumentum nullum praebe-
ret temporis vel loci indicium, in calce disputationis re-